

Prope Gagliano in ecclesia quadam, pertinet ad Superaequum oppidum Paenlignorum (IX 3307 vidit Dressel). — 1) Cf. N. 2677 not.

5600 C. Aemilius C. f. Serg. Homullinus | dec. col. Murs., ob honorem | flaminatus tabernas L cum | porticibus duplicib. in quib. | mercatus ageretur, pecunia | sua fecit.

Mursae (Eszeg) rep. (III 5288 semel ut videtur descripta).

5601 L. Domitius Ahenobarbus¹ | procos. | trimod.² posuit, qua civitates salem³.

Uticae rep., est Leydae in museo (VIII 4480 cf. suppl. 14310, Zangemeister contulit lapidem, Schmidt ectypum). — 1) Consul fuit u. 758, proconsul Africæ a. 742 (VIII 68). — 2) Trimodium. In superficie lapidis est foramen, cui olim vas trium modiorum infixum fuisse putandum est. — 3) sal. em. Wilm., explicans: salem emetirentur. Sed videtur potius scriptum esse salem, et inscriptio continuata fuisse in alio lapide deperdito.

5602 A. Clodius A. f. Flaccus¹, N. Arcaeus N. f. Arellian. Caledus | d. v. i. d. mensuras exaequandas ex dec. decr. (*In superficie lapidis cava quinque magnitudinis diversae, ad quae adscripta fuerunt vocabula Osca postea deleta; in angulis quattuor cava minoræ.*)

Pompeis rep. in foro ad aedem Apollinis, mensa lapidea, est Neapolii (X 793 vidit Mommsen). — Vocabula Osca primus quantum fieri potuit legit Carmelus Mancini Giornale degli scavi di Pompei n. s. 2, 1870 p. 144 seq., qui demonstravit cava illa aliquando minora fuisse et postmodum aucta, scilicet quo tempore domesticis Pompeianorum mensuris ponderibusque Romana norma substituta est. Cf. Nissen pomp. Studien p. 74 seq. — 1) Duovir tertio fuit a. u. c. 754/2 (supra N. 5053 not. 4); unde apparet hunc titulum positum esse mediis fere temporibus Augusti.

5603 L. Gellius L. f. Poplicola¹, C. Caedicius C. f. | duovir., ex s. c. pondera et metra | exaequarunt, eidem de sua pecunia | ponenda curarunt.

Minturnis rep., mensa ponderaria, est in museo Neapolitano; titulus in utroque latere mensae (X 6017 vidit Mommsen). — 1) Incertum utrum is qui consul fuit a. u. c. 748.

5604 C. Umbrius Eudrastus | Fortunatus IIIvir | mensuras lege civitatis, | proprio sumptu.

Compsæ (IX 980 vidit Brunn).

5605 . . . [C]ertus qq. aedil. | [pot.?] . . . mensuras | [cu]m exagio || et ho | ricu . . .

Lambaese (VIII 5294 cf. 18177 descr. Delamare auctor accuratus).

5606 L. Terentius Crescens, L. V. | aed. p., mensur. olear. a . . . [impensis] | suis aeq.¹ et dedicaver. . . .

Cartennis (Tenes) in Mauretania rep. (VIII 9666 vidit Wilmanns). — 1) Aequaverunt.

5607 M. Salvidien. | Vettian. | praef. aed. pot[est.] | mensur. olear. | et signum | [pec.] sua.

Brixiae (V 4468 semel descripta saec. XVI).